

Heinrich Rahn

Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad Exequias, Quas ... foeminae Annae Güsebiers/ Coniugi suae desideratissimae, Viduus moestißimus parat, Cives suos in aedem D. Nicolai ad horam mediatam primam serio vocat

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777525593>


Druck Freier  Zugang



Rhane, H.,
in A. Güsebier,
uxor. D. Brand.

R. 1638.

48



RECTOR

116

111

Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,

J. U. D. & Profefs. P.

AD EXEQUIAS,

Quas

FOEMINÆ PVDICISSIMÆ

ANNÆ Gusebiers

Conjugi suæ desideratissimæ,

Viduus mœstissimus parat,

*David Brand
Guis. R.*

Cives suos in ædem D. Nicolai ad ho-
ram mediatam primam serio vocat.



ROSTOCH,

Typis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

Anno M DC XXXIX.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and includes names such as "HENRICH'S KAMMER" and "AD. A. ...".



Quantam in matrefami-
lias jacturam quæq; domus fa-
cant, utinam Viro P ræstantissi-
mo Doctissimoq, Dn. DAVIDI
Branden/ Optimo hujus Reip.
civi, credere ex aliorum queri-

monis, non tam discere experiundo licuisset!
Qui pudicissimam lectissimamq; foeminam,
ANNAM Gusebiers / uxorem dilectissimam,
tot virtutibus domi spectatam, desiderare eo
vehementius nunc debet. Etiam si hactenus
non parum excruciatu sit ab eo tempore, quo
decumbere primum, lectoq; affigi incepit.
Quippe quæ ex hæreditario vitæ malo phthisi
laboravit per aliquot annos, continuis autem
mensibus premere lectulum suum, maritoq; per
id valetudinis suæ tempus jam tum dolori esse
debuit. Cum nihil æquè suarum partium,
valens duceret, quam abstinere ab otio sese, mæ-
ritum

ritum ab iis rebus, quæ vidua etiam curare
quam optime poterat. Scilicet diligentissima
& maximè sedula artis suæ, quâ familiam rege-
ret, amplioremq; & auctiorem daret, nullis la-
boribus, nullis vigiliis curisq; pepercit. Dies
suos non deambulationibus, & spectaculis ad
fenestram, speculoq; aut capite formaq; cetera
corporis componenda transigens, sed inter an-
cillarum operas divisa, Deoq; precibus ac hy-
mnis suo loco inter continententes verbi cælestis
auditores vacans. Noctes ipsi non totæ in-
somnia erant. Nam & meditari antea acta & quo-
modo rectius geri emendariq; sequiora possēt,
quidq; in posterum diem agendum esset, ante-
quam inclinaret oculos, omne secum reputa-
re. Ipsa cubitu primum digressa, postrema
cubitu abiens, quam minimum tempus dor-
miēdo locabat. Cui rei assuefacere suecessus fe-
lix, partaq; res auctior potestat. Sensit enim,
laboris manuum suarum perpetuum fructum,
dum nōq; damnis jacturisve in negotio suo, lu-
cris potius quæstusq; honestissimo afficeretur,
Eaq; omnia sic tractabat, ut minimum cura-
rum marito esse, sibi magis relicta isthæc omnia
expeteret. Nisi, si conjugis autoritate ac of-
ficio

ficio opus esset. Quibus sic utebatur, ut non
molesta familiae, vicinis morosa aut gravis,
sed ut quam optima rerum suarum consultrix
existeret. Comis aliàs & affabilis, verborum
sensuumq; acimoriâ pollens, temporiq; usa,
monere sic & redarguere sciebat, quasi
nihil quicquam ejus actura. Sua imprimis non
aliena sectari, aut invidere, aut detrahere, sibiq;
imputare arrogantius didicerat, nec facile
quicquam contemnere, præter aliarum stulti-
am. Quæ genus suum, quæ familiae splendorem
& decora, alienasq; virtutes jactare, ostendere,
suas non possent. Quo pacto tranquillita-
tis fructum percipiebat ingentem. Dum enim
quasdam nobilitas, quasdam honor, quasdam
dura supra caput imperia, quasdam hu-
militas premit, illisq; omnibus vita servitium
ac labor est, assuescebat ita conditioni suæ foe-
mina prudentissima, ut quam minimum de
illa quereretur, comprehenderet potius quic-
quid haberet circa se commodi, æquissimoq;
animo quarumcunq; rerum suarum solatium
inveniret. Ergo & dura mollire & angu-
sta laxare, & gravia rite ferre, nec efferrî in lætis,
cupiditates autem contrahere, nec emittere in-


longinquum , sed includere vicino solebat.
Ultimo & dum lectulo affligeretur, scire reapse
incipiens, totius mortalitatis æquè levia esse
omnia, extrinsecus diversas habentia facies, in-
trorsus pariter vana, Nam & corporis vires
habitumq; & formam, animiq; alacritatem,
sensim amittebat, & per continentem morbi
vim deponere amorem hujus vitæ, solviq; tan-
dem aliquando, & cum Christo esse cupiebat.
Id quod ipsi vigesimo septimo Junij circa se-
ptimam vespertinam eadem hora qua in lucem
atq; ad labores hujus seculi edita erat, proli-
xe & secundum vota sua contigit. Parentes
habuit CHRISTIANUM honestissimum, & specta-
tum hujus urbis civem, Viri Prudentissimi Dn.
HENRICI, Senatoris apud nos & Camerarij p. t.
gravissimi, deq; Republ. optime adhuc meren-
tis ex ANNA Netteltenblades / filium ; Matrem
MARGARETHAM Kochen / HENRICI Viri Integerrimi
& ANNÆ Schelen / à Nobili Viro JOACHIMO
Schelen / Præfecto quondam Cœnobij Ribni-
tzensis progenitæ filiam. Quam primum,
hanc lucem aspexit, per genitores ad Christum
manu ducta ; & in fœdus recepta per baptismū,
ad virtutes illas, de quibus supra diximus, ma-
gna

gna cum cura & diligenter auuevit, Ideoq;
factum, ut amata, optataq; in matrimonium,
ab honestissimo Viro JOACHIMO Duncfern/
Candido proboq; cive, in domum ejus ac fa-
miliam vigesimo tertio ætatis anno secederet,
cum quo biennium conjunctissime fecit, ma-
gnum atq; ingens experta malum, cum per sce-
lestissimum, hæctenus latentem, vindicis Dei o-
culos non evasurum, percussorem Maritus, à la-
tere sibi, dum uterq; vesperi domum irent, ex
insperato corriperetur. Id quod & valetudinis
& præmaturæ mortis non postrema causa exti-
tit. Anno post, cum eluxisset, repetita in con-
jugium est ab eo, qui nunc exequias adornare
molestissimus viduus debet. Magnaq; cum
amoris contentione, quâ tum temporis per qua-
driennium convixit, adversus maritum, absq;
ullo felle, in exemplum optimorum conjugum
transiit. Ex quo multas doloris, & vix ex ani-
mo deponendi causas noster C. VIR accepit, nisi
Christianum se meminisse, & conjugem ipsam
aliquando sequi se oportere intelligeret. Quæ
multis cum adversitatibus configere non prius
desijt, quam cum vitæ suæ, anniq; trigésimi se-
cundi simul desineret. Vos, Cives Academiæ,
quo-

quomodo lectandæ vobis matronæ sint, ab ea
xemplo meo capite. Dum inter alia humanita-
tis officia, quæ præstanda & huic sexui sunt, si-
cuti vivæ, ita defunctæ, quod postremum roga-
tur, non denegabo, sed libens ipse ad condito-
rium, Dux & Caput vestrum, hodie comitabor.
Adeste ergo frequentes, & bene valete,


P. R. d. 1. Julij 1638.







gna cum cura & diligenter au-
factum, ut amata, optataq; in
ab honestissimo Viro JOACHIM
Candido proboq; cive, in domo
familiam vigesimo tertio ætatis
cum quo biennium conjuncti-
gnum atq; in gens experta mal-
lestissimum, hæcenus latentem
culos non evasurum, percussor
tere sibi, dum uterq; vel peri do-
insperato corripere. Id quod
& præmaturæ mortis non postu-
tit. Anno post, cum eluxisset,
jugium est ab eo, qui nunc exco-
moestissimus viduus debet.
amoris contentione, quâ tum te-
driennium convixit, adversus
ullo felle, in exemplum optimo
transiegit. Ex quo multas dolor
mo deponendi causas noster C.
Christianum se meminisse, & c
aliquando sequi se oportere in
multis cum adversitatibus conf
desijt, quam cum vitæ suæ, ani-
cundi simul desineret. Vos, C



ideoq;
nium,
tern/
ic fa-
deret,
, ma-
er sce.
Dei o-
s, à la-
t, ex
idinis
exti-
con-
nare
cum
rqua-
absq;
igum
& ani-
t, nisi
plam
Quæ
prius
mi se-
mia,
quo-